Haec enim tono et ditono et diatessaron obsequuntur.
Quorum tritus inquam ut finis distinctionum erit aut
advenerit, ut quippe primum ipsi finalitati subserviat,
subsecutor numquam tamen descendere debet, nisi illo
inferiores voces cantor admiserit. Deutero enim
infimo aut infimis proxime substituto deponi
organum numquam licet. Cum inferiores voces admiserit,
in eo gravi loco et per diatessaron organum deponatur.
Mox quoque ut illa distinctionis gravitas ita dese-
ritur ut repeti non speretur, quem prius habuerat locum
subsecutor repetat, ut finali voci si in se deve-
nerit commoneat et superius vicino decenter
occurrat. Qui occursus tono melius fit, ditono non
adeo, semiditono numquam. Ad diatessaron vero vix fit
occursus, cum gravitate magis placeat in illo succentus
loco, quo tamen ne in ultima symphoniae distinc-
tione veniat est cavendum. Saepe autem cum infe-
riores trito voces cantor admiserit, organum
suspensum tenemus in trito. Tunc vero opus est ut cantor
in inferioribus distinctionem non faciat, sed discurrentibus
sub celeritate vocibus praestolanti
trito redeundo subveniat, et suum et illius
labore facta in superioribus distinctione re-
pellat. Item cum occursus fit tono, diutinus
fit tenor finis, ut et ei partim subsequatur et partim
concinatur. Cum vero ditono, diutior, ut saepe
per intermissam vocem dum parva subsecutio sit, et iam
toni non desit occursio. Quod quia tono fit cum ar-
monia tono sicut in deutero sicanum non speratur
ultra deuterum descendere, utile tunc erit pro trito
vim organi occupare finique per tonum decenter
occurrere. Item cum diatessaron plus se iungi
non liceat, opus est cum plus se cantor intenderit, sub-
secutor ascendat, videlicet C sequatur F et D G
et E a et reliqua. Denique praeter ♮ quadratam
singulis vocibus diatessaron subest. Unde in quibus
distinctionibus C fuerit G vel organi pos-

sit debet quae si sicut cantus ad F descendat aut in G
distinctionem faciat, ad G et ad graviora loca F sub-
sequatur. Si in G vero cantus terminet, F cum can-
tu vim organi amittit. Cum vero b molle versatur
in cantu, F organalis erit. Cum ergo tritus
adeo diaphoniae obtineat principatum,
ut aptissimum super ceteros obtineat locum,
videtur a Gregorio non inmerito plus cete-
ris vocibus ad amatum. Ei enim multa melorum
principia et plurimas repercussiones dedit,
ut saepe si de eius cantu tritum F et C subtra-
has, prope medietatem tulisse videaris; dia-
phoniae praecepta donata sunt, quae si exemplis
probes perfecte cognosces. Igitur tritum de-
ponimus organum sive in eo sive in sequen-
tibus finiatur hoc modo. Ipsi soli gloria.
Ecce finis in trito C. Ecce alia distinc-
tio in trito F in qua et tritus vocibus per dia-
tesseron subsequimur et diatesseron
succentus plusquam occursus placet. Ipsi
me tota devotione committo. Ecce
alia distinctio in proto D in qua et toni
occursus ad finem patet. Item homo
erat in Iherusalem. Aut ita: Iheru-
salem. Ecce distinctio in deutero E
in qua ditoni occursus vel simplex vel per intermis-
sas placet. Item Veni ad docendum
nos viam prudentiae. Distinctio est
in proto A. In hac distinctio-
ne inferiores trito
C quae fini proxime subest D voces ad-
missae sunt et loco per finita gravitate re-
petitus est et hac similiter. Sexta ho-
ra sedit supra puteum.
Ecce ut ascendat organum ne in ultima
distinctione succinere caveas. Sexta
hora sedit supra puteum.